

cui probationis onus incumbit, Judicis officium implorare, ut Administratores liti assistant & versionis probationes suggerant *arg. l. si parentes 20. § 21. C. de Evidet.* aut libros rationum exhibeant & ostendant quo mutuam pervenerit *arg. l. 38. ff. de Evidet. Pist. d. l. n. 42. ex Bart. ad l. 27. n. 10.* Caterum si pecuniam à se numeratam in usum civitatis veriam probet Creditor, tenebitur civitas, licet usus amplius non duret, vel antequam vertetur pecunia in causam civitati utilem accepta, casu fortuito perierit, cum initio in rem utilem acceptam fuisse sufficiat *l. sed. in ultro 10. §. 1. ff. de negot. gest. l. 47. §. 1. ff. solut. Menoch. A. J. Q. cas. 432 n. 40. seq.*

(d) Si nudis Administratoribus pecunia credita sit, nec versio in civitatis utilitatem, aut legitimam totius ordinis congregationem consensisse probari queat, ipsi Senatores vel Administratores etiam deposito officio *arg. l. prior. 3. § 2. ff. de administr. rer. ad civit.* licet ex illo contractu se obligari nolle protestati fuerint *Jason. ad d. l. civitas ff. h. t. n. 16.* tenentur per d. l. 27 ibi alioquin ipsi soli qui contraxerunt, non civitas tenebuntur; ne Creditor si neminem habeat obligatum, manifestam rei suæ jacturam contra æquitatem subeat, & Administratoribus pecuniam non in civitatis sed in suos usus convertentibus fraus opituletur *cont. l. si § me 32. ff. R. C. d. Nov. 120. c. 3. in fin. Carpz. d. l. def. 21. Pist. d. q. 37. n. 66.* Quo casu, cum pecunia non horum contemplatione, sed civitatis nomine principaliter mutuata sit, non actione mutui, quod ultra intentionem & consensum contrahentium extendi non potest *l. non omnis 19. ff. de R. C.* sed conditione causa data causa non sequuta conveniendi sunt, data enim ut in usus Reip. converteretur, quo non factò, quod opposita à civitate exceptione non versionis constare incipit, merito tanquam cessante causa propter quam data fuerat, administratoribus potest condici *arg. l. si procuratori 14. ff. de cond. caus. dat. Bach. ad Trentl. disp. b. tb. 5. lit. e. Gail. d. o. 9 de Arrest. n. 5.*

THESIS XI.

Res quæ mutuo datur & accipitur fungibilis sit necesse est, (a) pondere, numero & mensura constans. (b)

(a) Cum